

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER PRIMVS.

LAERTII DIOGENIS VITAE ET SENTENTIAE EORVM
QVI IN PHILOSOPHIA PROBATI FVERVNT.



PHILOSOPHIAM a barbaris initia sumpsisse plerique autumant. Nanque apud perlas claruisse Magos: Babylonis siue assyris eius rei principes fuisse Chaldaeos: Gymnosophistas Indis: Celtis ieu Gallis Druidas: & qui Semnothei appellbat: qui ut ait Aristoteles in Magico & Sotion in uigesimotertio successiois libro: q̄ diuini humaniq; iuris peritissimi: ac praeterea religioni maxime dediti fuerunt: Semnothei quoq; appellati sunt: phenicem insuper fuisse Ochum: & thra-

ca Zamolxim: Libycumq; Atlantem. Ad haec Egyptii Nili filium fuisse Vulcanum: eumq; ipsum philosophiae aperuisse principia. porro ipsius rei Antistites Sacerdotes ac prophetas appellari solitos. Ab hoc autem ad Alexandrum Macedonum regem fluxisse annos quadraginta & octomilia octingentos sexagintatres. Quo toto tempore solis defectus contigisse trecentos septuagintatres: Lunae autem octingentos trigintaduos. Enimvero a Magis quorum principem fuisse Zoroastrem per sen memoriae proditum est. Hermodotus quidem platonius in libro de disciplinis usq; ad excidium Troiae annos quinque milia computat: Xanthus uero Lydius a Zoroastre usq; ad Xerxis transitu sexcentos enumerat annos. post eum autem Magos plurimos sibi inuicem successisse Hostanas. Astropsychos: Gobryas atq; pazatas: donec ab Alexandro euerum est per sarum regnum. Sed hi profecto dum nesciunt graecorum recte facta inuentaq; Barbaris applicant. Ab us nempe no solum philosophia uerum id ipsum quoque hominum genus initio manauit. Deniq; Musaeo Athenae: thabae Lino iclytae sunt. Horum alterum Eumolpi filium asserunt primum deorum generatione tradidisse spheramq; inuenisse: & ex uno fieri atq; in id ipsum resolui omnia dixisse. Hunc phaleris obiisse diem ibiq; sepultum esse: inscriptuq; ipsius tumulo Epigramma & genus illius & locum in quo sepultus fuerit testari.

Eumolpi exanimem musaeum terra phalerum
Continet hoc tumulo pignora cara patris.

Porro musaei pater Eumolpidis apud athenienses cognomen dedit. Linum uero Mercurio: Musaq; Vrania genitu affirmant: scripsisse autem mundi generationem: Solis ite & Lunae cursus: aialiumq; ac fructuum generationes notauisse. Deniq; in primo statim uersu operis sui initia reru altius repetens cuncta simul nata memorauit. Quem secutus Anaxagoras: & ipse simul facta omnia asseruit: eaq; mente accedete composita. Linum autem in Euboia occubuisse sagitta ab Apolline transfixum: Thaeisq; ex urania musa progenitum: ipsumque itidem eius tumulo incisum elogium indicio est.

